ex Piorum Eleemosinis, qui conveniunt etiam diebus Sabbati de sero ad Litanias, quas recitant, praemisso sermone, sive exemplo ad fovendam Populi devotionem.

De Oratorio SS. Sacram.ti
die 16 d.i

Sodales Societatis SS. Sacram.ti de qua superius actum fuit in visit.e Altaris in eccl.a Cathedrali existentis, conveniunt in Oratorio singulis diebus Dominicis, et Festis de praecepto ad recitandum officium B.mae Virginis et psalmos Poenitentiales, sive officium Defunctor. Ibique retinent vestes, et suppellectilia pro associando SS. Sacram.to praesertim quando defert. ad Infirmos.
Oratorium praedictum est sub directo Dominio mensae ep.lis cui societ. annuum Canonem solvit, et inventum fuit ad formam.

De Eccl.a B.mae Virginis
Rosarium

Extra Civitatem per paucos passus sita d. eccl.a de Iuribus Societatis S. Bernardini, a qua manutenetur, et custoditur per eremitam, qui hodie est F. Vincentius Nauls ex Civitate Valentiae aetatis annor. 57.

De unico Altari

Unicum adest Altare cum Icone B. Virginis in muro depictae; ubi erectum est Beneficium de iure Patronatus DD. Philippi, et Pauli des Morelles, cum dote diversor. Censuum descriptor. in fol. inserto in actis p.e 1. fol. 145 et cum onere celebrandi singulis Sabbathis, nec non quinq;